

nam. Hoc tamen non procedat de jure canonico, ex eo quod Deus istas præsumptiones et improprietates, quod aliàs esset relicturus, etsi sciret rem alienam, non curat, ne eatur per istas simulationes: et istud dicit esse casum illius capituli, quod secundum eum Canonistæ simplices non intelligunt. Et licet Abb. in dict. cap. *filii*, in 3. lectur. reprobet istum intellectum, motus ex quibusdam levibus fundamentis, mihi satis placet; nam in primis iste intellectus non divinat, licet ei im ibi non fiat mentio de ignorantia, in dubio illa præsumentur, et non scientia, l. *verius*, D. de *probat.* imò, ut in ista lege habetur, legatarius tenetur probare scientiam, et sic de jure ignorantia præsumentur. Item nihil repugnat, quod etiam jura civilia intelligantur etiam de conjunctione spirituali, quæ major et favorabilior est, quam carnalis, ut in cap. *inter corporalia*, de *translat. Episc. vel elect.* et quia etiam si testator ignoranter legat rem alienam non conjuncto, si tamen diligit eum, ut proximum seu conjunctum, tenet legatum, ut dixit Guilliel. de Cug. in dict. l. *cum alienam*, et sequitur ibi Alexand. procedit etiam, quando legatum fit ad pias causas, seu pro anima, ut latè tradit Alex. in dict. l. *cum alienam*, col. 2. Item, licet non reperitur expressum de jure civili, quod debeat æstimatio, quando legatur res aliena ecclesiæ a testatore ignorante rem esse alienam, satis hoc constat, cum expresserit in conjunctis, et cum expresserit quando legatur pro libertate; et placet iste intellectus, quando hæres a quo fieret ecclesiæ legatum rei alienæ, erranter esset filius, et non ita dives, prout fuit in casu dicti cap. *filii noster*, argumento cap. fin. 17. quæst. ultim. quia noluit Papa tale lucrum cum damno filiorum extorquere, licet de rigore juris civilis poterat: et sic quod cum isto temperamento procedat intellectus Baldi. Tu qui majus otium habueris, labora, si possis alium meliorem intellectum venire ad illud capitulum, erga quod ita Doctores illustres insudarunt; neque obliviscaris unum intellectum ex ibi traditis per Doctores, quem etiam tenet Archid. in cap. *una sola*, 55. quæst. 3. secundum quem poteris inferre, quod si legaretur res alicujus majoriæ, non debeat æstimatio, vide l. *si quis inquilinos*, in princ. D. de *legat.* 1. et cogita circa prædicta, si posset dici, quod aut res est prohibita alienari ex facultate Principis, et non debeat æstimatio, l. *apud Julianum*, §. *constat*, et ibi Gloss. Bart. et Doctor. D. de *legat.* 1. si verò majoria esset facta sine facultate, in casu quo posset fieri, et tunc si legatum factum fuit scienter, debeat æstimatio; ut notat Gloss. et Bart. in l. *unum ex familia*, §. *si fundum*, D. de *legat.* 2. ibi vide Paul. de Cast. et in casu in quo non debetur æstimatio, si legaret rem majoriæ, vel talem rem aliam, quæ non esset majoriæ, teneret legatum per textum in l. fin. §. fin. D. *qui et à quibus*, glossa notabilis in cap. *multorum*, 26. quæst. 2. in verbo *aut certe*, et l. *non utique*, in princ. D. de *eo quod certo loco*, et ad quæstionem prædictam, quod legata ve majoriæ scienter, debeat æstimatio, vide Joan. Fab. in §. *non solum*, in fin. *Instit. de legat.* loquentem in re feudali, et ibi vide ad intellectum dicti cap. *filii*, in 2. col. ibi: *in hoc potest dici*.

Sed pone quod testator per viam legati reliquit possessori majoriæ aliquam rem, et gravavit eum, ut præstaret alteri aliquam rem majoriæ, et quod aliàs, si non præstet, pereat legatum; an teneat tale gravamen? Videtur, quod non, cum hoc sit impossibile, et ipse incideret in pœnam, staute dispositione majoriæ, quod non possit permutari; tu dic, quod saltem debetur æstimatio, secundum Bald. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. de *legat.* 1. ubi et Joann. de Imol. dicentes quod licet gravamen sit de impossibili, debet impleri voluntas testatoris in aliud simile; et sic dico, quod debetur æstimatio, ut in l. *non dubium*, §. fin. D. de *legat.* 3. et vide quæ dixi in l. 10. tit. 26. in gloss. magna, versic. *quid autem si alicui*, 4. *Partit.* Sed pone, quod pater fecit majoriam per viam testamenti de re unius filii, qui erat in ejus potestate, in alium filium, moritur postea iste filius cujus erat res, an reconalescet relictum hoc in majoriam? Vide in ista quæstione ad ejus decisionem Bart. et Doctores, signanter Paul. de Cast. qui subtiliter considerat post glossam 1. ibi in l. *servum filii*, D. de *legat.* in princ. Quid autem si pater rem quam posuit in majoria, emerat, et non solverat pretium in totum, vel pro parte, an teneatur ad præmium solvendum ille cui relinquatur majoria, vel hæredes defuncti? Bald. dicit, quod hæres, in l. *cum alienam*, C. de *legat. vers. dubitatur tamen*. Et si evincatur res majoriæ, an hæredes teneantur, vide textum in l. *cum pater*, §. *evictis*, D. de *legat.* 2. Bald. in dict. l. *cum alienam*, C. de *legat.* vers. *ulterius*, in fin. Quid autem si quis legat fundum dotalem, an debeat æstimatio? Gloss.

in l. *dotalem*, D. de *testam. milit.* dicit, quod non; Bart. tamen ibi tenet contrarium, et Bald. novel. in *tractatu de dote*, part. 7. privil. 22. fol. mihi 54. col. 4. Paul. Alexand. et Jas. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. de *legat.* 1. Bald. in dict. l. *cum alienam*, ubi hoc dicit communiter teneri; et procedit secundum Doct. ut Baldus dicit in l. 5. C. de *jure dotium*, col. 2. vers. *sed tunc quæro*, etsi maritus sit ille, qui legat rem dotalem. Idem tamen Bald. et Ang. in dict. l. *dotalem*, et Salicet. l. *cum alienam*, C. de *legat.* et Joann. de Imol. in dict. §. *constat*, intelligunt quando extraneus legaret, secus si maritus, qui tantum videtur legasse jus suum, licet ejus morte periturus, juxta illam opini. nem, quæ est magis communis, de qua per Bartol. et Alexandr. in l. *quod in rerum*, §. 1. D. de *legat.* 1. quæ opinio, quando testator sciebat verè vel præsumptivè, jus suum per ejus mortem expirare, mihi videtur insipida; unde contra eam tenet Joann. de Imol. et multi alii relati per Alexand. et ipsemet Alexandr. in dict. l. *quod in rerum*, secundum quam opinionem procederet quod dixi, et si maritus sit, qui legaret fundum dotalem. Quid autem si legetur res furtiva? Dic, quod tenet legatum, quia potest redimi à domino, secundum Bald. in l. 1. in fin. C. de *usucap. pro emptor*. Si verò legetur res feudalis, per errorem juris credens se legare posse, non debetur aliquid, l. *Sticho*, D. de *usufruct. legat.* si ex certa scientia valet legatum, ut debeat æstimatio, secundum Bald. post Odofred. de *feud. succession.* in princ. Vide in hoc per eundem Bald. in cap. 1. §. *donare*, *qualiter feud. alien. poter.* col. 1. vers. *sed ego quæro*, ubi dicit, nihil deberi, quia ex quo testator legat jus suum, quod morte finitur, inutile est legatum, l. *uxor patri*, C. de *legat.* Et si quis tantum habens habitationem, eam legat? Dic, quod non valet, ut per Bald. in l. *habitatio*, C. de *usufruct.* per dict. l. *uxor patri*, circa cujus legis materiam vide per Alex. cons. 9. 2. vol. col. fin. et quod notat Abb. in cap. *quid autem, de jure patron.* Et in donante, an videatur tantum donare jus, quod habet in re? Vide Alex. cons. 47. vol. 3. quando tamen quis habet aliquam partem, vel aliquod jus in re, quod illud tantum videatur legare, vide l. *servi electione*, §. fin. D. de *legat.* 1. et textum notabilem in l. *qui quatuor*, §. *qui fundum*, D. de *legat.* 3. et l. *Sticho*, et ibi Bart. D. de *usufruct. legat.* et l. *si domus*, §. fin. D. de *legat.* 1. et eod. tit. l. *quod in rerum*, §. 1. Et limita istam legem, nisi testator credidisset rem, quam legabat esse suam ex aliquo titulo speciali, qui jam extinctus erat, ut in l. *Sticho*, ad fin. D. de *usufruct. legat.* et ibi Gloss. et Bart. Et adde quod tradit Abb. in dict. cap. *filii noster*, de eo, qui habet jus pignoris tantum in re, quam legat. Et adverte, quod leges disponentes, quod videtur quis legare respectu juris, quod habet in re aliena, procedunt, quando testator sciebat illud jus, nam si ignorabat, tota res, vel ejus æstimatio debetur; textus est. et ibi Bart. et Paul. de Cast. in l. *servum filii*, D. de *legat.* 1. in §. 1. et vide eundem Paul. in l. *si domus*, §. de *evictione*, et §. fin. D. eod.

(4) *Que lo prueve.* Et sic legatario incumbit probatio, quod testator sciverit rem esse alienam, ut hic, et in §. *non solum*, *Instit. de legat.* et quando præsumatur scientia, vel ignorantia in testatore in ista materia, vide per Bald. in dict. l. *cum alienam*, col. fin. vers. *dabitur*.

(5) *Quanto apreciaren.* Adde dict. §. *non solum*, *Instit. de legat.* et l. *non dubium*, §. 1. et l. *qui quatuor*, §. fin. D. de *legat.* 3. et l. *alienus*, D. ad *leg. Falcid.*

(6) *Estonce non deve auer.* Limita, nisi legaverat rem alienam, quam suam putabat, animo compensandi etiam cum debitore naturali tantum, quia censetur velle sibi deberi æstimationem, si res evincatur, et quod in omnem casum voluerit eam habere; ita notabiliter Paul. de Cast. in l. *hæres percipio*, D. ad *Trebell.* per textum ibi, quem dicit esse expressum casum.

(7) *Allegança.* Concordat cum dict. l. *cum alienam*, et cum l. *prædia*, C. de *fideicommissis*, et l. *Quintus*, §. fin. D. de *auro et argen. legato*: et vide per Gloss. in dict. l. *cum alienam*. Quæ dicatur conjuncta persona, et usque ad quem gradum, vide ibi per Alexandr. Et an sufficiat, quod sit conjuncta persona tempore testamenti, licet postea desierit? Vide per Bald. in dict. l. *prædia*, col. fin. ubi vult, quod sic; vide ibi per eum. Et an si filius instituat in re certa aliena, possit dicere testamentum nullum? Vide Baldum notabiliter in l. *scimus*, in princip. C. de *inoffic. testam.* col. 2. vers. *extra quærit*, ubi post Guilliel. vult, quod non, etiamsi isto casu error induxit patrem ad relinquendum rem alienam; quod limitat, nisi res non esset

in commercio, vel non esset in rerum natura. An autem re evicta agat legatarius de evictione? Vide in l. *si domus*, §. de *evictione*, D. de *legat.* 1. et in l. *cum pater*, §. *evictis*, et ibi Bart. D. de *legat.* 2. et per Gloss. et Doctor. in dict. l. *cum alienam*. Limita tamen singulariter, et intellige, quando legans sciebat jus, quod habebat in re legata; si vero credebatur nullum jus habere, et legavit rem alienam, tunc non restringetur ad jus, quod habebat, sed debebitur pleno jure, secundum Bartol. et Paul. de Castr. in l. *servum filii*, §. *si quis rem*, D. de *legat.* 1. quod nota ad majoriam, si aliquis fortè habens jus pignoris, quod ignorabat, de tali re constitueret majoriam. Et vide etiam per Paul. in l. *si domus*, §. de *evictione*, et §. fin. D. de *legat.* 1. Et vide omnino ad prædicta, quæ dicit Paul. in l. *unum ex familia*, §. *sed et si fundum*, D. de *legat.* 2.

(8) *Aforrarlo.* Concordat cum l. *Paul.* 1. respon. D. de *fideicommissis. libert.*

LEX XI. — Como el fazedor del testamento, puede fazer manda de alguna cosa, que fuesse empeñada.

Manda (1) faziendo el testador de alguna cosa suya (2), que el sabia (3) que era empeñada, o obligada a otro por menos de lo que valiesse, tenuto es el heredero de la quitar de los bienes del finado, e de darla a aquel a quien fue mandada. Otrosi dezimos, que si tal cosa era empeñada por tanto, o por mas de lo que valiesse, que estonce la deuria quitar el heredero del testador de los bienes de la herencia, quier sopiesse que tal cosa era empeñada (4), o non (5), quando la mandauan. Mas si por menor precio de quanto valia, yazia tal cosa en peños, si el testador non lo sabia quando la mando, deuela quitar de lo suyo aquel a quien es fecha la manda (6).

LEY XI. — Testatore rem suam pignoratam minori pretio valoris scienter legante, tenetur eam hæres luere de bonis defuncti, et legatario dare: idem si pro majori quàm valet, vel pro tanto etiam ignoranter erat pignori data, tenetur enim hæres luere de bonis testatoris, sed si pro minori pretio erat pignori data, testatore ignorante, luetur pecunia legatarii. Hoc dicit. Habuit originem à §. *sed et si rem suam*, *Instit.* eod. tit. et à l. *si res obligata*, D. de *legat.* 1.

(1) *Manda.* Concordat cum l. *si res obligata*, D. de *legat.* 1. et cum l. *prædia*, C. de *fideicommissis*. et cum §. *sed et si rem*, *Instit.* de *legat.*

(2) *Suya.* Quid si legaret rem alienam, quæ erat obligata? Vide per Bart. in l. *si tibi homo*, in princ. D. de *legat.* 1. Et poteris illum textum, qui est singularis inducere ad quæstionem, an si possessor majoriæ leget majoriam sequenti in gradu, quod operetur hoc, ut si res majoriæ erat obligata jure pignoris alicui ex facultate Regis, quod hæredes defuncti legantis teneantur luere talem rem, per illum textum, qui non est alibi, secundum Paul. de Cast. ibi post Dinum.

(3) *Que el sabia.* Et in facto proprio præsumitur scientia. l. *quamquam*, D. ad *Vellejan.* quod limita, nisi in facto antiquo, vel multum implicito, secundum Bart. in dict. l. *si res obligata*. Et istud de facto antiquo sublimita tripliciter, ut per Alexandr. ibi. Quid autem si testator obligavit rem p. st. testamentum? Dic, quod tunc hæres tenetur eam luere indistinctè, l. 3. C. de *legat.*

(4) *Empeñada.* Intellige, sive sit obligata pro debito hæreditario, sive pro debito alieno alicujus tertii, secundum communem opinionem contra Bart. in dict. l. *si res obligata*, cum illa lex et ista indistinctè loquantur: et eo casu quo erat obligata pro debito alieno, et onus luendi spectat ad legatarium, tenetur hæres cedere legatario actionem, quam habebat hæres contra illum tertium, per l. *apud Julianum*, §. *idem Julionus*, D. de *legat.* 1. Si verò res fuit obligata pro debito hæredis ante mortem testatoris, tunc distinctio hujus legis non habet locum; quia indistinctè tenebitur hæres ad luendum, cum non luendo videatur esse in dolo, et culpa, l. *cum res*, §. *culpa*, D. eod. et ita tenent Angel. et Raphael. et Paul. de Cast. et Alexandr. in dict. l. *si res obligata*, licet Joan. de Imol. ibi voluerit, quod etiam in isto casu procedat distinctio illius legis et ejus dispositio,

T. IV.

cum indistinctè loquatur. Sed opinio prædictorum videtur verior et æquior, quam etiam tenuit Bart. in l. *prædia*, C. de *fideicommissis*. et pro ista opinione facit ista lex Partitarum, ibi cum dicit, *de los bienes del finado*, nam si pro debito hæredis fuerat obligata, etiam de propriis bonis hæres teneretur, et sic erit ista una limitatio hujus legis: alias duas imitationes ponit Bald. in dict. l. *prædia*, scilicet quando res esset obligata facto legarii, et quando quid universale, ut peculium, vel apotheca, puta, pannorum, legatum esset, nam tunc onus luendi non spectat ad hæredem, sed ad legatarium.

(5) *O non.* Quia legatum esset quasi inutile, si legatario incumberet onus luendi. Et ideo tunc spectat ad hæredem, etiamsi testator ignoravit rem fuisse obligatam; et ita etiam intelligebat Glossa in dict. l. *si res obligata*, ubi ista est communis opinio Doctor. et Azon. C. eod. in summa, col. 3. licet contra dictam rationem facit l. *et si æquo*, D. de *legat.* 1. pro ratione prædicta tamen optimè facit l. *qui concubinam*, §. *qui hortos*, D. de *legat.* 3. ubi bonus casus. Ang. verò quem sequuntur Raphael. et Paul. de Cast. et Alex. in dict. l. *si res obligata*, aliter intelligit illam legem, videlicet, quod si aliquod potest esse superfluum soluto ære alieno, tunc indistinctè hæres luere teneatur, quoniam videtur esse in culpa non luendo, et faciundo, sicut quilibet diligens paterfamilias fecisset, licet testator hoc ignoraverit; quando verò nihil supersit deducto ære alieno, tunc quia hæres non potest dici esse in culpa, non tenebitur hæres luere, eo quod in effectu esset legare rem alienam, et quæ quodammodo videtur exivisse de patrimonio testatoris, nisi quando legatarius esset conjuncta persona: et occasionem huic varietati inter istos Doctores dedit littera illius textus, ubi Glossa supplet textum cum dictione *non*, cum textus dicit, *vel potest aliquid esse superfluum*, supplet Glossa, *vel nisi non potest aliquid esse superfluum*; et sic, ut littera textus intelligeretur planè, Angel. discessit à lectura Glossæ; sed revera ibi in littera debet esse illud *non*, et ita vidi in alia impressione, et illam litteram cum suppletionem non sequitur ista lex Partitarum: tene menti.

(6) *La manda.* Limita, et intellige, nisi esset conjuncta persona, seu talis cui aliàs testator relicturus esset, nam tunc hæres luere tenebitur, ut in l. *prædia*, C. de *fideicommissis*. et Gloss. et Doctor. communiter in dict. l. *si res obligata*.

LEY XII. — Como de las cosas que no son aun nascidas, puede ser fecha manda.

Pueden fazer manda los fazedores de los testamentos, de las cosas que son nascidas a la sazón que las mandan, e aun de las que pueden nacer (1) despues que las mandaren, assi como los frutos de la tierra, e de los arboles. Otrosi de los hijos de los sieruos (a), e de los ganados, e de las bestias. Pero dezimos, que si los fazedores de los testamentos fiziessen manda de tal cosa, de que non fuessen ciertos (2), si era buia, o non, assi como de sieruo, o de otra cosa que fuesse en otra parte; estonce el heredero deve dar recabdo (b) a aquel a quen fue mandada tal cosa, que si la pudiere auer por alguna manera, que gela de. E aun dezimos, que el heredero se deve trabajar a su costa (3), por cobrarla.

(a) En quanto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6. tit. 4 de esta Partida.

(b) Fianza.

LEY XII. — Possunt legari fructus nascituri. Et si res de qua dubitatur an vivat, legetur, cavet hæres de ea restituenda, cum eam habuerit, et quæret eam suis expensis. Hoc dicit. Habuit originem ab *Instit.* eod. tit. §. *ea quoque*, et D. de *legat.* 1. l. *quod in rerum*, in princ.

(1) *Nascer.* Prosequitur ista lex notata per Azon. C. eod. in summa, col. 3. vers. *item legari potest*, et concordat cum l. *quod in rerum*, in princ. D. de *legat.* 1. et ibi Glossa allegat concordantias.

(2) *Ciertas.* Et sic tempore testamenti jam dubitabatur, esset in

rerum natura, vel ne; unum tunc sufficit cavere legatario, ut hic, et in l. *servo legato*, §. fin. D. de *legat. 1.* et notat Glossa communiter approbata in l. *cum servus*, D. eod. Si autem sciatur, quod res sit in rerum natura, sed sit in loco remoto, debet hæres suo sumptu eam rem perquirere, et dare legatario, ut in dict. l. *cum servus*, per quam limitatur l. *cum res*, §. 1. D. eod. et quod notatur per Gloss. in l. *quod legatur*, D. de *jud.* quod satis sit hæredi præstare legatario rem eo loco, quo erat tempore testamenti; nam hoc fallit, quando res tunc temporis fuisset in loco multum longinquo, ne aliàs si diceremus legatarium suo sumptu cogi prosequi rem legatam, in utile redderetur legatum, et ita notat Joan. de Imol. ex Alexand. in dict. l. *cum servus*, ubi attestatur Alexand. ita communiter teneri; quod tamen ibi limitat Paul. de Cast. ut procedat quando testator scivit rem esse in longinquo, secus si ignoraverit; et ita intelligit dictam l. *cum res*, §. 1. et cum ista limitatione Pauli de Cast. transit ibi Alexand. asserens probari in l. *servus legatus*, in princ. D. eod. et mihi satis placet, nisi in casu quo propter expensas prosecutionis legatum totaliter redderetur inutile, argumento l. *si res obligata*, D. eod. et l. *suprà proxima*, et quæ ibi dixi, tunc enim sumptu hæredis debet perquiri: quando verò servus legatus fugit post testamentum, vel mortem testatoris, videt per Gloss. in dict. l. *cum servus*, et ibi Bart.

(3) *A su costa.* Adde dict. l. *servo legato*, §. fin. D. eod. et facit ad id, quod dixi *suprà* in fin. glossæ præcedentis.

LEY XIII.—De quales cosas non puede ser fecha manda.

Las cosas sagradas (1) que pertenescen a la Yglesia: otrosi las cosas que son señaladamente de los Reyes (2) (a), assi como los palacios, e las huertas, e los cilleros, que son cosas que non deuen ser vendidas, nin enagenadas en ninguna manera sin mandado dellos (3); otrosi las plaças, e los exidos, e las otras cosas que son comunales (4) de las Cidades, e de las Villas, e otras cosas semejantes, non se pueden mandar (5). Otrosi dezimos, que nin los marmoles (6), nin los pilares, nin las pilas, nin las puertas, nin madera, nin ninguna de las otras cosas, que son puestas, e ayuntadas a casas (7), e a los otros edificios, non pueden ser mandadas en testamento a otri. E si algund ome fiziessse manda dellas, o de otras semejantes non vale, nin es tenuto el heredero de dar aquella cosa nin la estimacion della (8). E esto es defendido, porque tales cosas como estas fazen mas apuestas (9) las Villas, e los Lugares, do son; e porende non se deuen por tal razon arrancar en ninguna manera. E aun dezimos, que quando el fazedor del testamento mandasse su sieruo (b) Christiano a otro que fuesse Judio, o Moro, o Herege, que tal manda non es valedera (10). E si por aventura algun testador mandasse a otro en su testamento alguna cosa, que fuesse de tal natura, e de tal condicion, quando la mandava, que lo podia fazer de derecho, e despues desto se camiasse a otro estado, que fuesse atal, que si estonce fuesse por fazer el testamento, que la non podria mandar; dezimos, que non valdria tal manda (11). E esto seria, como si mandasse alguna cosa, que non fuesse sagrada quando la mandava, e acaesciesse que la sagraassen despues, sin mandado e sin culpa del heredero (12). Ca estonce el heredero non seria tenuto de dar la estimacion de tal manda. E esso mesmo seria en las otras cosas semejantes destas, quando la cosa que fuesse mandada, mudasse su estado, o su condicion sin culpa del heredero.

(a) Véase nuestra nota 2.^a á la L. 4, tit. 13, P. 2.

(b) Respecto á la esclavitud véase nuestra nota 1.^a á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEX XIII.—Res sacra, aut Principis, vel ædibus affixa, seu servus christianus infideli non potest legari, nec debetur æstimatio: idem si res legata postea sine hæredis culpa venit ad casum, quo legari non possit. Hoc dicit.

(1) *Cosas sagradas.* Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, col. 4. vers. *licet autem dixerim*, et adde l. *et liberi hominis*, D. de *contrah. empt.* et l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. de *legat. 1.* et l. 13. tit. 3. *Partit.* 5. et 3. *Partit.* 1. 7. tit. 28.

(2) *De los Reyes.* Rex habet duplex patrimonium; unum, quod dicitur privatum, et appellatur patrimonium Cæsaris, quod habet tanquam Titius, non tanquam Princeps, seu Rex, vel Imperator; aliud est patrimonium fiscale, quod habet tanquam Princeps. l. *procurator*, et ibi Cynus, C. de *edend.* l. 2. §. *hoc interdictum*, D. *ne quid in loc. pub.* et l. 1. D. de *offic. procur. Cæsar.* ll. 1. et 2. cum ibi notatis, C. *si advers. fscum*, l. *procurator*, C. *ubi caus. fiscal.* et tradit Alexand. 4. vol. consil. 6. ponderatis his quæ in *suprà* scripto; cui adde quæ dixit Lucas de Penna in rubric. C. de *sefud. rei priv.* lib. 11. dixit etiam Bald. in l. 1. C. de *hæred. vel action. vend.* de duplici patrimonio Principis, quod unum appellatur fiscale, puta, introitus et exitus cameræ fiscalis; aliud appellatur totius patrimonii regalis, de rebus quæ sunt in æterno patrimonio Principis: videtur ergo intelligenda ista lex, de his quæ sunt in perpetuo patrimonio Regis, et non in his, quæ ad aliquem Principem competere jure privati patrimonii, veluti ad Titium, vide l. 4. tit. 17. 2. *Partit.* et quæ ibi dixi. Item non procedet in his, quæ jure confiscationis Principi applicarentur, ita quod non essent redacta in formam patrimonii Principis, prout exprimit etiam textus in dict. §. *constat.* Et in terminis, quod ea quæ confiscantur, non dicantur de dominio sui patrimonii principis, tenet Andr. de Iser. de *prohibit. feud. alien. per Freder.* vers. *neque dominus*, col. 3. et idem vult Carolus Molendinus in glos. sua *consuet. parisiens.* §. 3. num. 14. ubi dicit, quod dominium Regis est inalienabile, et extra commercium privatorum, quoniam non est Principis, sed majestatis suæ, et reipublicæ; tamen feuda et subfeuda, et alia quæcumque immobilia ab eodem dominio dependentia, quæ jure confiscationis vel commissi ad Regem deferuntur, possunt liberè per eum alienari, et in perpetuum concedi; quoniam hujusmodi accessiones, et obventiones licet dependere, et moverentur ad dominium regio, et per confiscationem vel commissum factæ sunt Principis, tamen non sunt de dominio antequam dominio incorporentur, et ideo possunt per Principem alienari. Allegat etiam Andr. de Iser. ubi *suprà*, et in cap. 1. in princ. col. 2. de *his qui feud. dar. pos.* et constitutionem regni Siciliæ Frederici II, quæ incipit, *Constitutionem*, et ibi Mathæum de Afflict. et licet lex ista declaret aliqua eorum, quæ sunt in patrimonio Principis, veluti palatia et hortos Principis, intellige, ut dixi, quando essent in perpetuo patrimonio Principis, non de aliis, licet sine ejus consensu non possent alienari, cum in hoc non interveniat consensus, ut consensus Principis, sed ut consensus cujuslibet privati: et nota bene, quia Doctor. non ita bene declarant. Item etiam rebus hic enumeratis, adde redditus regales, de quibus in l. 6. tit. 28. 3. *Partit.* sunt enim et illa in perpetuo patrimonio Regis, et regni, et sunt impræscriptibilia, ut ibi habetur, et dixi latè; et quia magis furiosus videtur ille, qui legat redditus tales, quam ille qui legat fundum Albanum, vel hortos Sallustianos Principis, qui reputatur in dict. §. *constat*, videri furiosus, et ut dicit Andr. de Iser. in dict. vers. *neque dominus feudi*, col. 1. sub appellatione domini Principis etiam de ejus numero sunt panes civilis dohanæ gabellæ demania ad victum Principis ordinata, prout etiam dixit dicta l. 6.

(3) *Sin mandado dellos.* Adde dict. l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. eod. et à contrario videtur hic, quod patrimonium regale possit alienari per Principem, seu de ejus mandato, et sic arguebat Andr. de Iser. in dict. cap. *imperiale*, in dict. vers. *neque dominus feud.* col. 1. qui tamen concludit, quod si in grave præjudicium regni, et dignitatis, hæc alienationes fierent, et dignitas regis graviter læderetur, non valerent, juxta ea quæ habentur, in cap. *intellecto*, de *jurejur.* vide quæ dixi in l. 10. tit. 18. 3. *Partit.* et in l. 28. tit. 11. ead. *Partit.* Habes etiam hic, et in dict. §. *constat*, quod reputantur impossibilia, ea quæ dependent ex sola voluntate Principis, et vide ibi per Bart. et Paul. de Castr. Alex. et Jason. inferentes ad ali-

quas quæstiones, quas ibi vide, et per Bald. in l. *cum alienam*, col. 2. C. de *legat. vers. item dubitatur*, et adde Bald. in l. 5. col. 3. C. de *institution.* dicentem, quod si relinquatur sub aliqua conditione, quæ non potest existere nisi per dispositionem Principis, quod talis conditio habetur per non adjecta, nisi quando esset talis conditio, quæ esset de substantia, ut si pater reliquit filio sub conditione legitimationis, l. *in tempus*, D. de *hæred. instituend.* Et adde Bart. in l. *continuus*, §. *cum quis*, in fin. D. de *verbor. obligat.* quod id, quod non potest obtineri, nisi fiat nova lex per civitatem, reputatur impossibile; quod Doct. limitant, nisi in eis quæ de facili Princeps concedere consuevit, ut notat Paul. in l. *continuus*, §. *cum quis*, D. de *verb. oblig.* Alex. et Jason. in dict. §. *constat*, per l. *quidam re-legatus*, in princ. D. de *reb. dub.* et l. *interdicit*, D. de *condit. et demonstr.* et per textum in dict. §. *constat*: et per illam legem et istam potest dici, quod si possessor majoriæ legat rem aliquam majoriæ alicui, etiamsi leget eam scienter, non debetur æstimatio, quando in tali majoria intervenit prohibitio Principis, ne res illa alienentur, quia cum sine Principis licentia non possint alienari, non debetur æstimatio. Quid tamen si legaret talem rem et aliam, quæ non erat majoriæ, sed libera, alternativè? Videtur quod tunc debeat res illa, quæ est libera, per textum in l. fin. §. fin. D. *qui, et à quib.* et facit glossa notabilis in cap. *mulorum*, 27. quæst. 2. in verbo *aut certè*, et l. *non utique*, post princ. D. de *eo quod cert. loc.* licet in contrarium faciat l. *quæ sub conditione*, §. *sed si sub jursurandi*, D. de *condit. institut.* et quod ibi Bart. dicit in fin. principii.

(4) *Que son comunales.* Id est in publico usu, ut platea, forum, et illa, quibus promiscuè utuntur, ut hic, et in dict. §. *constat*; secus ergo de aliis, cujus usus non est publicus, licet sint in patrimonio populi, ut in l. *sed Celsus*, D. de *contrah. emptio*, et l. fin. C. de *venden. reb. civit.* lib. 11. et vide quæ dixi in l. 13. tit. 3. *Partit.*

(5) *Non se pueden mandar.* Et sic neque debebitur æstimatio; quod limita nisi de voluntate testatoris tacita, vel expressa aliud constaret, ut in §. *si quis inquitinos*, et ibi notat Gloss. D. de *legat. 1.* et Gloss. in §. *non solum*, in vers. *sed si talis*, *Institut. de legat.* et tenet Alberic. in dict. §. *constat*; sed illa glossa communiter reprobat, secundum Bald. et Joan. de Imol. ibi. Adverte tamen, quia Alberic. ut dixi, tenet illam glossam, et idem vult in dict. l. *si quis inquitinos*, ubi idem videtur velle Paul. de Cast. tenet etiam Joan. Faber in dict. §. *non solum*, et Azon. C. eod. in summa, col. 4. fortè potest dici, quod in re sacra, cujus non est æstimatio, si legetur, non debetur æstimatio, etsi testator voluerit, ut detur æstimatio; in alia verò re, quæ de per se esset æstimabilis, nihil repugnat, si talis res legetur, licet non sit in commercio, quin debeat æstimatio, si de voluntate testatoris constat voluisse deberi æstimationem; de qua voluntate deberet constare manifestè, ut dixit Gloss. in dict. §. *non solum*, ut si dixisset, *lego talem rem, vel ejus æstimationem.*

(6) *Marmoles.* En an appellatione saxorum contineantur marmora? Glos. quod sic, et ibi notat Joan. de Platea in l. penult. C. de *metallar.* lib. 11. ubi vide, an liceat invito domino prædii, intrare, et ibi querere marmora; et adde l. 8. tit. 12. lib. 6. in *Ordin. Regal.*

(7) *Ayuntadas a casas.* Concordat cum l. *cætera*, D. de *legat. 1.* et l. *mutu*, §. fin. D. de *legat. 3.* ubi illa lex singulariter limitat, quando res affixæ sine deformatione ædium removeri possent, et adde textum notabilem in l. *fidicommissa*, §. *si quis illicitè*, D. de *legat. 3.* ubi etiam ista regula limitatur in his, quæ illicitè essent affixæ. Quid autem in affixis parvæ domunculæ? Vide l. *senatus*, *Marcellus*, D. de *legat. 1.* Item limitatur in casu §. *sed si quis*, dict. l. *cætera*, et in casu l. *Marcellus*, cum ibi notatis, D. de *donat. inter. vir. et uxor.*

(8) *Nin la estimacion.* Reprobatur opinionem Glossæ in dict. l. *cætera*, in princ. super verbo *non possunt*, quæ voluit, quod licet legatum rei ædibus affixæ non valeat quoad ipsam rem, valet tamen quoad ejus æstimationem; et illa glossa communiter tenetur ibi per Doctor. ut attestatur Alexand. in dict. l. *cætera*, §. 1. et ibi etiam Jason. Raphael verò tenuit contrariam opinionem, imò quod non deberetur æstimatio, per aliqua fundamenta, quæ ibi referunt Alexand. et Jason. qui tamen fatentur per hoc non esse recedendum à communi opinione. Tu tene menti istam legem Partitarum contra illam glossam, et communem opinionem, et tene opinionem glossæ, quæ fuit Azon. in l. *qui dotem*, D. *solut. matrim.* quam opinionem etiam aliqui alii tenebant, prout refert Joan. de Imol. in dict. l. *cætera*, in princ. et forte ratio hujus legis fuit, ne hæres de facto videns se teneri ad æstimationem, avelleret res affixas domui, ut eas

potius quam æstimationem solveret, et sic civitas deformaretur, ut subdit. Et limita istam legem Partitarum in casu dictæ l. *cætera*, in §. *si duobus*, ut sic sit ille casus specialis, prout etiam dicebat Raphael, in quo specialiter fuit statutum deberi æstimationem, propter dubium quod in casu illo resultabat ex his, quæ dicta erant in princ. illius §.

(9) *Apuestas.* Adde l. 1. 16. tit. 2. 3. *Partit.* et quæ ibi dixi, et l. 37. tit. 28. ead. *Partit.* et l. 20. et l. penult. tit. fin. ead. *Part.* et l. 2. C. *ne præd. et rebus navicular.* lib. 11. ubi etiam vide Joan. de Plat. et vide in materia l. fin. et ibi Joan. de Plat. C. de *jur. rei public.* lib. 11.

(10) *No es valedera.* Adde l. unic. C. *ne christian. mancip.* et l. fin. tit. 21. 4. *Partit.* et l. 22. tit. 11. 3. *Partit.* et cap. *mancipia*, 54. dist. et nota hic, quod dicitur de hæretico, et etiam dicitur in dict. l. fin. et in rubric. C. *ne christian. mancip.* et vide glossam notabilem in ista materia in §. *hoc tunc*, 54. dist. et isto casu neque æstimatio debetur, l. *mortuo*, §. *Labeo*, D. de *legat. 2.* et Gloss. in l. *sed si res*, D. de *legat. 1.* hinc Bart. in l. *apud Julianum*, §. *constat*, D. de *legat. 1.* dicit ponens aliud exemplum, quod si per statutum est prohibitus forensis acquirere immobilia, quod si legetur forensi, non tenet legatum etiam respectu æstimationis; sed contra Bart. tenent communiter Doctor. in dict. §. *constat*, ubi vide per Alexand. in forensi enim non est incapacitas ratione delicti, ut in judæo vel hæretico, cui legatur christianum mancipium; et satisfacit pro dicta opinione communi, quod disponitur infra eod. in l. sequenti.

(11) *Tal manda.* Concordat cum l. *inter stipulantem*, §. *sacram.* D. de *verbor. obligat.* et cum l. *cætera*, §. fin. cum l. sequenti, D. de *legat. 1.* Quid autem è converso, si à principio tempore testamenti non potuit legari, ut quia res erat sacra, vel ædibus affixa, et postea tempore mortis testatoris, vel aditæ hereditatis istud impedimentum cessabat? Vide in dict. l. *cætera*, §. 1.

(12) *Del heredero.* Adde dict. l. *cætera*, §. fin. et quod ibi notat Joan. de Imol. et quæ habentur in dict. §. *sacram.*

LEY XIV.—Como castillo, o otro lugar, que fuesse dado a algun ome, por servicio señalado que fizesse por ello, non puede ser fecha manda del a otros, que non supiesse fazer aquel servicio.

Castillo (1), o Villa, o Aldea (a), o alguna heredad, que diesse Emperador, o Rey a algunos omes, porque le fiziessen algun servicio señalado (2), de las rentas que lleuassen dende, obligando para siempre aquella cosa por aquel servicio; assi como si la diesse a Caualleros, que le seruiessen con armas, segun que conuiene a Orden de Caualleria; o si la diesse a Marineros, que le fiziessen servicio con nauios sobre mar, o Almogauares (3), o Ballesteros: si la cosa fuesse dada por alguna destas razones sobredichas, o por otras que les semejan, si fiziessse manda alguno de aquellos a quien era dada, a tales omes, que non supiesse fazer aquel servicio a que era obligado; dezimos que si aquel que faze tal manda, fuesse estonce cierto, que aquellos a quien mandava tal cosa como esta, que non eran omes que supiesse cumplir aquel servicio, que semeja que su voluntad fue, que ouiesse tanto de sus bienes, quanto vale aquella cosa que les manda. E porende el heredero es tenuto de dar la estimacion (4) de tal manda, e non la cosa mandada. Mas si non fuesse cierto, quando la mando, si eran omes para cumplir aquel servicio, o non, estonce non seria tenuto el heredero de cumplir tal manda, nin de dar la estimacion della. Fuerras ende si aquellos, a quien tal manda faze el testador, fuessen tan sabidores, e tan buenos para cumplir el servicio sobredicho, como era aquel que fizo la manda; ca estonce, deuese cumplir en todas guisas.